

predictos titulos habere. ¶ Consimili ergo modo dicat virgo christo de sponsata si per magno dicat et talis mulier per suum maritum habet quod est magna baronissa. dicat per maiorem dignitate et ego per christum meum sponsus sum celestis regina. Si per magno dicat sibi talis est per maritum magna ducissa. dicat iterum ipsa. et ego per christum celestis regina. Si dicat sibi talis per maritum est regina francie vel anglie. dicat ipsa. et ego per christum sum regina celi. seu celestis regina. Si dicat ei talis mulier per maritum facta est impatrix. dicat ipsa. et ego non modo terrena impatrix. sed per christum sponsum meum celestis sum regina. Cur autem sic veraciter dicere possit. Profecto idcirco. quod eodem in regno ubi sponsus est rex. ibi sponsa ab ipso denominanda dicenda est regina. Si itaque ihesus sponsum virginum rex est celi. sequitur quod virgo claustralis sponsa christi. est regina celi. seu celestis regina.

¶ **Explicit sextus liber de consolacione theologie. Incipit liber septimus continens consolacionum remedia optuna contra turbacionem que opponuntur diuitijs. et rerum facultati. Capitulum primum continens consolaciones super non assecutione. seu carentia diuitiarum. seu rerum temporalium.**

Sextimo principaliter decem tristibus sepe dicte domine consolatrici principali appropinquantibus et ei astantibus. vnde ex eis alios ceteros de diuitiarum seu rerum temporalium carentia est aduersus. Et illa eidem primo per consolacionem sibi impendenda sedecim de suis puellis deputauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad tristem predictum sic ait. Est mihi valde diuitiarum ex carentia quoscumque christianos contristari. Inde quidem ut reorum tristitiam non haberent si ipsi scirent quanta diuitie mala operari consueverunt. Vide amice si verum dico. Ecce diuitie desiderate mentis insaniam indicant. Diuitie quoque christi discipulatu derogant. Diuitie suos amatores inquinant. Diuitie tremorem causant. Diuitie onerant. vinculant anxietatibus. et tedijs inquietant. hec mala ad presens sufficient. Vis itaque scire karissime quod diuitie desiderate. presertim in christiano mentis insaniam indicant. Audi patrem clareuallis. Querat inquit diuitias paganus qui sine deo viuit. querat iudeus qui terrenas promissiones accepit. Sed qua mente christianus diuitias querit. postquam christus beatos esse pauperes predicauit. Hec ille pater. qui dicens qua mente. videtur innuere quod non nisi mente stulta vel insana. Vis insuper scire quod diuitie possessae saltem absque promptitudine eas relinquendi propter deum. discipulatu christi derogant. Audi etiam ipsius christi euangelicam sententiam. Omnis inquit qui non renunciauerit omnibus que possidet:

nō potest me⁹ esse discipul⁹. **V**is scire q⁹ diuitie suos amatores in-
quinant. **A**udi patrem clareuallis. **B**eat⁹ inquit qui post illa non
abiit que possessa onerāt. amata inquinant. amissa cruciant. **hec il-
le pater.** s³ et in signuz spūalis inquinamenti. **A**urū et argētū q⁹ cō-
munis diuitiaz sunt materia. se multum drectantes cozpaliter in-
quinant. **V**is vlteri⁹ scire q⁹ diuitie tremores causant. **E**cce chaym
qui interpretat^r possessio caput habuit tremulū. qd⁹ signat. q⁹ qui in
mundo possessiones habent. vtiq³ in tremore sunt. **h**ij sunt quidem
qui iuxta verbum psalmiste trepidauerūt vbi nō erat timor. **V**is de-
mum scire q⁹ diuitie onerant. **A**udi illustrē **jeronimū.** **S**i inquit ha-
bes vende et da paupib⁹ si nō habes grandi onere liberat⁹ es. **A**u-
di quoq³ et **gregoriū** quo ad hoc. **T**errena inquit substātia eterne
felicitati opata. pond⁹ est. nō subsidiū. **E**ert^r aut^m et pater clareual-
lis. audito q⁹ secrete marce p⁹ quendā abbatē sibi trāsmisse amisse ef-
sent. hec verba dixisse. benedict⁹ de⁹ qui nobis pepcit ex h^o onere.
Vis postremo simul scire q⁹ diuitie onerant. vinculant. anxietatib⁹
et tedijs inquietant. **A**udi magnū patre^m **augustinū.** **A**bice in-
quit a te diuitiaz onera. abice vincula nō voluntaria. **A**bice anxi-
etates et tedia que te plurib⁹ annis inquietāt. **hec ille pater.** **S**z
et de inquietudine hoc testat^r qd⁹ in phoz⁹ puerbijs sic habet^r. cū
dyogeni a capite fur de nocte sacculū cū numis subtrahere cō-
naret. tolle inquit infelix. vt facias vtrosq³ dormire.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **V**is hō rursus scire et alia mala a pre-
missis p⁹ sorozem meā p⁹fatis. **E**cce diuitie dolores cānt. diui-
tie p⁹ superbiam inflāt. **D**iuitie labores et picula inducūt. et virtu-
tes eneruāt. **D**iuitie hoiez securitate et quiete priuāt. diuitie vrūt
et excruciat. **V**is scire q⁹ diuitie dolores cānt. **A**udi illustrem **seneca**
de diuitijs sic loquentē. **I**sta que sic petim⁹ tanq³ datura letici-
am ac voluptatē cause dolorū sunt. **V**is scire q⁹ diuitie p⁹ supbiā in-
flant. **A**udi magnū patrem **augustinū.** **M**ozb⁹ inquit diuitiaz est
supbia. **N**az grandis anim⁹ est qui inter diuitias isto morbo nō tēp-
tatur. maior anim⁹ diuitias suas vincens dtemnēdo. magn⁹ ergo
est diues qui nō se ideo magnū putat. qz diues est. qui aut^m ideo se
magnū putat. qz diues est. supb⁹ et egen⁹ est i carne crepat. in coz-
de mendicat. inflat⁹ est nō plen⁹. **V**is scire quoq³ q⁹ diuitie labo-
res et picula inducūt. et virtutes enervant. **A**udi rursus magnum
patre^m de auro quod materia ē diuitiaz. **A**urum inquit est materia
laboz. piculū possidentiū. anx⁹ enervatō virtutum. aurum malus
dñs. pdicoz. seruus. **V**is scire q⁹ diuitie hoiez securitate et quiete
priuant. **A**udi **perū illū Bauennensez.** **A**uri inquit custos. seruator
argenti securitatē nō habet. nescit quietē. et cui deest securitas. qui-
es perit. pena diues est ille et nō censu. **D**emiq³ vis scire q⁹ diuitie
vrūt. et excruciat. **A**udi illustrē **senecā de diuitijs loquentē.** **I**n h^o

inquit excusabiles sunt dii. q̄ ista que vniunt et que excruciant optantib⁹. offerunt.

III. CONSIDERATIO.

Qercia puella sic ait. Cur homo appetit diuitias quas sequi solet tumor inflationis. letarg⁹ obliuionis. et frequens tediuz erubescencie et pudoris. Vis hec scire? Audi patrem clareuallis. Videas inquit plerosq; in ecclesia de ignobilib⁹ nobiles. de pauperib⁹ diuites factos subito intumescere. pristina obliuisci subiectiōnis. Gen⁹ quoq; suum erubescere. et infimos dedignari parentes. Hec pater ille. S; quid? Profecto taceo de dicte verecundie materia que se tñ offert frequenter nimis. taceo de obliuione predicta que inuertit⁹ sepiissime hominib⁹ vanis. loquar solū de aūdicto tumore. qui q̄uis non sit nisi cordis. min⁹ tamen piculosus nō est q̄ si esset tumor corporis.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. O hō karissime testante ihu filio syrach. si diues fueris. nō eris immunis a delicto. S; et illustis seneca. multum est inquit nō corrumpi diuitiarū otubernio. quid igit⁹ curas de diuitijs. te poti⁹ cura de vitijs annexis diuitijs. seu potius sicut in voce. sic quasi et in re diuitijs incorporatis. forsitan inq; es. que nam sunt hec vitia? Profecto annexum est diuitijs vitium superbie. vitium vane glorie. vitium dissolutiōis. recollectionis impeditiue. vitium auaricie. et vniuersaliter vitium inordinate cupiscentie. vitium quoq; luxurie. cum pluriū aliorū vitiōrum societate. Vis scire q̄ annexum sit diuitijs vitium supbie? Audi illustrem Senecam. Accepit inquit ille grandē pecuniam. ergo et supbiaz. Audi quoq; et magnū patrem augustinū. Vermis inquit diuitiarū est superbia. difficile est vt nō sit superb⁹ qui diues est. tolle superbiam. diuitie nō nocebunt. Vis scire q̄ annexū est diuitijs vitium vane glorie? Audi johānez os aureū. Vanitas inquit vanitatū et omnia vanitas. Et. Hunc verisiculū si capent qui in potētia et diuitijs versantur in pietib⁹ omnib⁹. et in vestib⁹ suis scriberent in foro. ī domo. in ianuis. in ingressib⁹. et añ omnia in conscientijs suis. vt semp eum oculis cernerent. et corde sentirent. Vis scire q̄ annexū est diuitijs vitium dissolutionis recollectionis impeditiue? Audi Bedam venerabilem. Familiaris inquit res est humanum cor opibus ac libertate dissolui. erumnis vero ac paupertate. ad semetipsum recolligi. Deniq; vis scire q̄ annexū sit diuitijs vitium auaricie. et vniuersaliter vitium immoderate cupiscentie? Profecto ydoneos testes inuenies. quos tibi in proximo neptis mea indicabit. cum quorū dictis audire curato. Dicta quoq; illustis Seneca. Congerrant inquit in te quidquid multi locupletes possederant ultra priuatum pecunie modum. fortuna te auro tegat. purpura vellet. et ad hoc mod⁹ deliciaz. et opum te pducat vt terram marmorib⁹ abscondas nō tantum tibi habere liceat. sed calcare diuitias. Ac cedāt statue et picture. et q̄d q̄d ars vlla luxurie elaborauit maiora

cupe. ab his discas. **hec seneca.** S3 nonne magnum vitium est qd ex diuitijs orit^r. sc3 talis insatiabilis occupiscentie. Postremo vis sci, re q annexu est diuitijs vitium luxurie cum pluriuz alioz vitioz societate. Audi **johannem os aureum.** Diuitiaz inquit sequela est luxuria. ira intemperans. furoz iniust⁹. arrogancia. superbia. omis q3 irrationabilis mot⁹. **h ille johannes.** Qui hac de causa alio i lo, co sic dicit. Si possibile ess3 in diuites vindictam pcedere. videres ex eis repleri carceres vniuersos. s3 cum omib⁹ suis hoc malu ha, bent diuitie. q in malignitate peccantes ab vltionib⁹ eruunt.

CV. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. O amice cur tristaris de diuitiaz caren, tia? forte estimas q habenti sint bone. aut saltez q nociuuz no sit ipas habere. S3 pfecto facile patet q tu erras vtraq3 intentio, ne. Vis circa primā intentionem scire q diuitie saltē virtuti nil adi, ciant bonitatis. Audi illustrem **senecam.** Done inquit ex vna par, te virum bonum diuitijs abundantem. ex alia nihil habentem. sed in se omnia bene disponentem. Vterq3 eque vir bonus erit. etiam si bona fortuna dispari vtetur. **hec ille.** Rursum quo ad intentioez aliam vis scire q diuitie n̄ mō nō sint bone s3 nociue. qd q3 p con, sequens eis carere poti⁹ leticiam q tristitiam debz inducere. quem admodū infirmitate vel inimico carere. Audi **boetianā solatricē.** Ego inquit nego vllum esse bonum qd noceat habenti. Num id mē, tior. minime inquit. atq3 diuitie possidentib⁹ p sepe nocuerunt cū pessim⁹ quisq3 eoq3 alieni magis auid⁹. quidquid vsq3 auri gem, marumq3 est se soluz qui habeat dignissimū putat. tu ergo qui nūc contum gladiumq3 sollicit⁹ ptimefcis si vite hui⁹ callez viatoz in, trasses. coram latrone cantares. O preclara opum mortalium beati, tudo. quam cum adept⁹ fueris securus esse desistis. **hec illa.** cuius et musa subiungit suo i carmine. **Heu prim⁹ quis fuit ille. auri qui pondera tecti. gemmasq3 latere volētes. preciosa picula fodit.**

CVI. CONSIDERATIO.

Sexta puella sic ait. O hō seculi cur tibi tanq auaro tm sapiūt diuitie mundi. cur non vis poti⁹ in religione christiana fra, ter esse xpi. Vis scire q dissimiliter tibi se habent ad diuitias fra, tres christi. Audi patrez **clareuallis.** Nō inquit putent diuites hu, ius seculi fratres christi sola possidere celestia. q3 ea sola audiunt in pmissione. possident et terrena equidem tanq nihil habentes et omnia possidentes. nō mendicantes vt miseri. sed vt domini possi, dentes. eo pcerto magis dñi quo min⁹ cupidi. Deniq3 fidei ho, mini tot⁹ mund⁹ diuitiaz est. totus plane. quia tam aduersa. q p, spera ipsius eque omia seruiunt ei. eque coopantur in bonum. er, go auar⁹ terrena esurit vt mendic⁹. fidelis otemnit vt domin⁹. il, le possidendo mendicat. iste otemnendo seruat. **h ille pater.**

CVII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. Nonne aduertis hō q̄ multum esset difficile habere diuitias. et n̄ cor apponere. dñte domino in euāgelio. ubi est thesaur⁹ tuus. ibi est et cor tuum. Sed periculosum valde est cor apponere. immo et mortiferum. corde em̄ spinis attacto necesse est hominem mori. S; quid. certe affluentibus diuitijs cor apponere. similis quedam insania est. ac si quis accurreret spinis. et vsq; in tantum eas d̄plecteret. q̄ cor suum penetrarēt. quippe diuitie sunt spine teste saluatore. Cōtestante quoq; vicario eius gregorio. Quis inquit mihi vnq̄ crederet supple si xpi testimoniuz non p̄cederet si spinas diuitias interpretari voluissem. maxime cuz ille pungant. iste delectent. et tñ spine sunt. qz cogitationum suarum punctiōib⁹ mentem lacerāt. et cum vsq; ad peccatū p̄trahūt. quasi inflicto vulnere. cruentant. Bñ igitur est mortiferum cor apponere. Vñ et ne hoc piculum incurramus p̄munit nos dominus per os ap̄he. Diuitie inquit si affluant nolite cor apponere. non dicit nolite manum apponere. s; cor nolite apponere. maior em̄ cura est sibi de corde a quo dependet interioris hominis vita spiritualis. sicut a corde carnali vita carnis. sine autem magno periculo potest man⁹ apponi spinis hui⁹ non ad eas manu d̄primendum siue d̄cludendum. s; ad mouendum p̄ largitionem elemosinarū. ap̄e. do largam manum.

LVIII. CONSIDERATIO

Octaua puella sic ait. O amice si spinarum pabola p̄ forores meam audita te non mouet. dic saltem queso. Est ne bonum illis carere quib⁹ quis nō solum rumpit. discindit. s; etiam d̄minuit. Est inquit om̄ino. S; quid. Defecto p̄ rex multitudinem tēporalium in quib⁹ diuitie d̄sistunt. facile d̄tingit interiorē hōiem sic quodāmō rumpi. discindi. et d̄minui. ut iam non integer spūs p̄seueret. Vis id intelligere. Audi magnuz patrez augustinuz. Quia inquit ab vno deo summo et vero deflueram⁹. euaueram⁹ in multa. discissi p̄ multa. et inherētes multis rē. Ecce dicit euaueram⁹ in multa. discissi p̄ multa. Nimirum qd̄ integrū manens euanescere non potest. ut integer lapis. integrum lignū. hoc bñ euanescit qñ d̄minuit. qd̄ vtiq; nostro d̄tingit spūi siue cordi. p̄pter tpaliū multitudinem. quoz quolibet cor diuitis ad se trahēte iuxta illd̄. ubi est thesaur⁹ tu⁹. certe collect⁹ simul vel diuisus. ibi est et cor tuuz. scz etiā apud thesauri p̄tes. cor hominis diuitis dilaniat. et quasi d̄minuit. eo q̄ in multa diuidit. Nempe de diuitib⁹ illd̄ psalmi dictū arbitroz. Fructu frum̄ti. vini et olei sui multiplicati sunt. hec quidē d̄ctā. vna supra de sodalib⁹ meis. s; in eadē q̄ materia plen⁹ deduxit. ac luculēt⁹ declarauit.

LIX. CONSIDERATIO

Nona puella sic ait. O amice si circa plātationem virtutū et bonorum operum fructum terrenarum diuitiarum impedimenta attenderes mirum hoc satis esset. si illas diuitias appeteres.

Vis ergo scire impedimta que prestant. ecce sicut s3m naturales plā,
te nanq̄ aut rarissime generantur in locis arenosis. quia in eis vi:
get siccitas: ita et plātula iusticie et ceteraz virtutū virentes plā,
te raro generātur in cordib9 arenosis. que auri arena sunt repleta.
quippe in comparatione sapientie om̄e aurum arena est exigua. sed
et in cordib9 illis est siccitas per priuatōz humoris interne deuo:
tionis. ¶ Rursus sicut s3m naturales. arbor habens grossum corti:
cem cito fit sterilis. quod quidem accidit. vel ppter defectū vnctū,
oli humoris qui materia est fructuum. vel ppter duriciam corticis
euaporationem grossi qd̄ in arbore est nociuum phibentis. Sic et
homines qui sunt velut arbores. si ad modum corticis substantiaz
arboris inuoluentis sint inuoluti. seu terrenarum diuitiaz grossi:
cie circumdati. a fructu bonoz opm̄ steriles fiunt citi9 q̄ alij. vel
ppter defectum vnctuosi humoris. i. deuotionis i vnctōe spiritus:
sancti dsistentis. vel ppter fortem ipsarum terrenaz diuitiaz oclu:
sionem euaporare. i. euanescere phibentem grossas et nociuas in:
terius ymaginatōnes. non admittentes puras cogitationes. et in:
sentionem sanctam ex quib9 alijs posset dsurgere in habentib9 fru:
ct9 honoris et honestatis.

IX. CONSIDERATIO.

O Ecce puella sic ait. **O** mi frater karissime hortor diuitijs vir:
tutes preferas. **Cur aut̄ hoc.** Idcirco certe. quia nō diuitie que
vti soror mea prefata est vitia pariunt. sed virtus habentem pficit.
et opus eius bonum reddit. **¶ Audi illustrem senecam.** Nulla inquit
possessio. nulla vis auri et argenti pluitis q̄ virt9 estimanda. **Cete:**
rum ad virtutes diuitijs pferendum attende qd̄ recitat venerabi:
lis pater jeronim9 preclarum exemplū. **Socrates** inquit thebanus
homo quondam clarissim9 cū ad phandum athenas pergeret. ma:
gnum auri pond9 abiecit. nec putauit se posse et virtutes simul et
diuitias possidere. **¶ Jeronim9.** Non solum igit̄ carendum est diui:
tjis. s3 sunt etiaz spnende atqz abiciende. nō tñ inutiliter. s3 i vsus
pauperum meritozie. ne virtutib9 obicem ponant. **Euacuandum est**
cordis scrinium auro illo qd̄ arene opat. vt sic capax auri quo inte:
riozis hominis habit9 adornatur. iux illud psalmiste. **Omis gloria**
s3tie régis. i. anime. abintus in fimbrijs aureis. i. in finibus carita:
tis. **¶ Quippe finis precepti est caritas. que etiam est illd̄ aurū igni:**
tum. de quo in apocalipsi dicit. **suadeo tibi emere aurum. ignitum.**
id est ignis diuini amoris elicitiuū. s3 et secundum glosam exodi p
cathenulas aureas op9 caritatis significat. **¶ Forte dices. Quomō**
aurum harene opatum cordis scriniaz occupabit. **¶ Defecto per fā:**
tasma suum melioris auri spectem non admittens. **¶ Audi archiani:**
stitem **ambrosium.** Sicut inquit hij qui p insaniam mente transla:
ti sunt. nō iam res ipsas. s3 passionis sue fantasiam vident. **¶ Ita etiaz**
mens auro vinculis cupiditatis astricta. semp auru9. s3 argentum

videt. semper redditus computat. gratius aurum q̄ solem intuetur
Ipsa eius oratio et supplicatio ad dñm aurum querit. sed nec satietas
vñq̄. nec finis aderit cupiditatis. hec sanctus ille antistes.

CXI. CONSIDERATIO.

Undecima puella sic ait. **O** karissime cur appetis diuitias tanq̄
amarias. virtutem p̄eeligis tanq̄ sponsam cui nimirum infe-
ste sunt diuitie. nam dum esse deberent pedisseque. querunt esse p̄i-
cipales et virtutes supplantare. **S**i igitur virtutis sis amator. ne
tam oturberis diuitiarum ex carentia. vix poti⁹ ipsas spernas tā-
q̄ pedissequas tue non satis ydoneas dignitati. **M**emineris secta-
ri salubre illd̄ cyceronis documentū rationis nō vacuum. plenūq̄
vilitatis pariter et honestatis. **D**iuitias inquit. sine diuitum esse.
Tu vero virtutem p̄fer diuitijs. nā si volens diuitias cum virtute
oparare. vix satis ydonee tibi videbunt. diuitieq̄ virtutis pedisse-
que sint. hec ille.

CXII. CONSIDERATIO.

Dodecima puella sic ait. **T**u frater qui diuitias amas. scito te
tanq̄ fatuum amatorem exultatione vel probabili indigere.
Siq̄ tibi aliquid ad hoc suffragatur. hoc solum videtur. vt vel non
egeas. aut quaten⁹ subuenias indigenti. motus scz quantum ad h̄o
szm quemadmoduz h̄o ille gentilis aristoteles qui dixisse fertur. q̄
solum hoc incommodum paupertatis pateret. q̄ nō possz indigentib⁹
subuenire. p̄pter primuz aut si appetas non oportet. **N**am et di-
uitias h̄ns. egere non desinis. **S**iquidem diuitie dum augentur. pi-
ter et auaricia augeri solita est. **T**uaro aut tam deest quod habet. q̄
qd̄ nō habet. **N**unquit nō ita. fatere necesse est. hoc em̄ vulgata ac
p̄batissimi viri venerabilis jeronimi p̄bat autoritas. **Q**uid vero ex
hoc plane sequitur. q̄ tanq̄ auar⁹ fact⁹ egeas. si eas quas appetis
habere te ottingat diuitias. nec minus q̄ illas nō habendo. **H**oc
etenim testat⁹ tulliana illa sententia qua dicitur. egens eque est is
qui non satis habet. et is cui satis nihil potest esse. **D**ozro si diuiti-
as appetas p̄pter subuenire indigenti frustra torqueris. habent nā
qz indigentes qui absqz te possit vel itqz subuenire in domino si cō-
fidant. **E**cce iacta inquit psalmista cogitatum tuum in dño. et ipse
te enutriet.

CXIII. CONSIDERATIO.

Terciadecima puella sic ait. **O** amice cur frustra diuitias. ac p̄
inde nō necessarias appetis pecunias. **T**u em̄ vel acceptas vt
auar⁹ retineres. vel ipsas vt liberalis in alios transferres. **S**i qui-
dem transferres. translatus ip̄is quantum ad diuitiarū pertinet ra-
tionem iam diues nō esses. frustra ergo ip̄as desiderasses hanc ob
causam vt diues esses. cum te ip̄e mox relinquerent. manere nanqz
nequit apud quenq̄. qd̄ mox transfertur in alteruz. **D**ozro si vt aua-
rus ip̄as retineres diuitias. hoc malum non euaderes. quin exosus

redderent. Siquidē ut illa boetiana testata est solatrix. Auaricia
semp exosos facit. S; quid Nonne meli⁹ est nō necessaria pecunia
carere. q̄ habitam retinendo ppter auariciā exosum esse. Est utiq;
exosus em̄ illo p̄iuat⁹ est bono qd̄ om̄es homines natura deside-
rant. S; amari ab alijs p̄ferim a multis et magnis sapientibus et
discretis.

CXIII. CONSIDERATIO.

Quartadecima puella sic ait. **Q** cur hō tm̄ diuitias curas. que in-
gerunt curas temetipso te p̄iuantes. Audi magnuz patrē au-
gustinū. Venditis inquit reb⁹ nostris nullū mai⁹ eaz accepimus
precium q̄ nos ipsos. implicati em̄ talib⁹ nostri nō eram⁹. hec ille
pater. Ne ergo erem⁹ imaginatiue virtutis iudicio. diuitias ac q̄
qz alia externa bona magnipendentes. ad certissimū rationis iudi-
cium appellem⁹. Audi illustrem Senecaz. Ratio inquit arbiter est
bonoz et maloz. aliena et externa p̄ vilib⁹ habet. om̄e illi bouū
in animo est. Idemqz itidem. Huc inquit cogitatōs tue tendant. h̄
cura. hec opa. oia alia deo vota missur⁹. ut otentus sis temetipso. et
ex te nascentib⁹ bonis. Hinc rursus seneca sic ait. Si otent⁹ est sa-
piens ad beate viuendū non ad viuendū. ad hoc em̄ reb⁹ multis
illi op⁹ est. ad illud tm̄ animo sano et erecto despiciente fortunaz
hec hui⁹ viri gentilis verba sane capienda sunt. quaten⁹ ad con-
temptum terrenoz. puocant. et fides pmiserit xp̄iana. Sed et p̄di-
ctis dicta repio osimilia. Legi⁹ nanqz de crate thebano. q̄ magnū
pond⁹ auri in mare picit dicens. Abite pessime diuitie. ego vos
mergam. ne ego mergar a vobis. De stilbone autez magistro ei⁹. et
de Bya prieneo p̄ neptez meam inferi⁹ exemplaria verba consimi-
lia recitantur.

CXV. CONSIDERATIO.

Quintadecima puella sic ait. **U**t quid frater tam anxie tristaris
ppter carentiam diuitiarum. cum p̄starent tibi si essent tam no-
tabile impedimentum. Nōne dixit saluator discipulis suis. Amen
dico vobis. qz diues difficile intrabit in regnū celoz. Facili⁹ est
camelum p̄ foramen acus transire. q̄ diuitem intrare in regnū ce-
loz. Vex saluis alijs declaratōib⁹ de op̄aratōe diuitis ad came-
lum videt⁹ posse dici. q̄ sicut camel⁹ miraculo transire potest for-
amen ac⁹. sic et diues intrare celū. S; cum grad⁹ sint in miraculis.
maioris virtutis operatio ad scdm̄ requiritur q̄ ad primū. Nimiruz
camel⁹ min⁹ videt⁹ p̄stare obstaculū. p̄ curuū gippum corpis.
q̄ diues p̄ curuitatem mētis ratione sui ad diuitias recurui amoris
Sane difficile posse diuitem intrare. qualiter sic intelligendū vene-
rabilis pater jeronim⁹ nobis sic declarat. quia inquit ipse diuitie
habite difficile contemnuntur. non dixit impossibile est diuites in-
trare in regnū celozum. sed difficile. vbi difficile ponitur. non
impossibilitas p̄tenditur. sed scias q̄ ibi raritas demonstratur.

Hec ille. et bene certe. Rara est em̄ auis infra nigro cigno v̄ albo
coruo simillima p̄sona diues contemnens terrena. forsan aut̄ quis
inquiet. Est ne ali⁹ ex doctorib⁹ qui de verbis domini nos infoz
met. Est quidem. s; nō min⁹ dur⁹. Audi illum **theophilum.** Atten
das inquit illd̄ qd̄ diuitem quidem impossibile dicit saluari. possi
dentem vero diuitias difficile. quasi dicat. Diues qui captus est a
diuitijs et famulatur eis. non saluabitur. habens vero illas. s. qui
eis dominatur vix saluabitur. causa humane fragilitatis. conatur
em̄ nos dyabol⁹ supplantare quoadusq; possidem⁹ diuitias. et dif
ficile est effugere muscipulas eius. **hec ille.** Quid ergo. Nunquid
hoc qd̄ saluari diuitem dictis obstantib⁹ muscipulis tam rarum et
difficile est. nō multum piculosum est. Est omino. S; audi illustri⁹
Seneca de hoc piculum sanum cōsiliū. Omnia inquit illa nobis
accedant non hereant. vt si auferant sine vlla nostri laceratōe di
scedant. Vt amur illis nō gloziemur. et vt amur pte tanq̄ depositis
apud nos. **hec ille.**

CXVI. CONSIDERATIO.

Sextadecima puella sic ait. O homo ad spernendū diuitias mo
ueat te q̄ hee cause ppter quas forsitā appetunt nō sunt ad
mouendum satis digne. Eozte em̄ diuitias appetis ad vitandum la
bozem et dolozem. Eozte diuitias appetis ad cōsequendum cōmodi
tatem. Eozte diuitias appetis ad fugandū paup̄tatem. Eozte diui
tias appetis ppter tuum heredem. Eozte diuitias appetis vt p̄ eas
domin⁹ existas. Eozte diuitias appetis vt magnam comitiūam ha
beas. Eozte diuitias appetis vt p̄ eas regnum obtineas. Eozte di
uitias appetis tanq̄ cōsistentes in reb⁹ p̄ciosis. Deniq; eozte di
uitias appetis tanq̄ alias cōsistentes si nō in p̄ciosis. tñ in rebus
bonis. S; quid. Profecto quacunq; harum causarū ad appetendū
diuitias mouearis. illustriū viroz auctoritatib⁹ errare diuinceris. **C**
Vis scire q̄ tu erras. si diuitias appetis ad vitandū labozem et do
lozem. Audi de laboze patrem clareuallis. Sudat inquit paup̄ for
tis in ope. s; nunquid min⁹ anxie diues int⁹ in sua cogitatione la
bozat. De doloze quoq; audi illustrem senecam de diuite loquens
tem. Iste inquit quem tu felicem admirantib⁹ credis sepe dolet. se
pe suspirat. **Vis** scire q̄ tu erras si diuitias appetis ad cōsequendū
cōmoditatem. Audi quid **johes os aureū** circa hoc sentiat. Nulla ē
inquit diuitiarum commoditas anima patiente penuriam. nec lesio
paup̄tatis anima diuitijs affluente. **Vis** scire q̄ tu erras si diuitias
appetis ad fugandū paup̄tatem. Audi quid circa hoc sentiat illu
stris **seneca.** Si inquit ad naturam viues nunq̄ eris paup̄. si ad opi
nionem nunq̄ eris diues. exiguuz natura desiderat. opinio immen
suuz. **hec ille.** cui et cōcordat de natura illa **Boetiana** cōsolatrix. Dau
cis inquit minimisq; cōtenta est natura. Audi quoq; et magnum pa
trez **augustinū.** Turū inquit ampli⁹ cruciat apud quē largi⁹ fuerit

aux amant se nihil de sua possessione pmittit. refundit ei reatum
suum cui vsum negat. **Audi etiam iohannem os aureū.** Si inquit di-
tescens iudiciuz est nullius egere. et pauperescens indigere. pa-
lam est q magis esse pauperem. facit magis ditescere. Facilius em̄
quis in paupertate q in diuitijs opes contemnet. neqz enim talis
est ambit⁹ vt per magis habere sedetur. sed per hoc consuevit ma-
gis accendi. sicut ignis quando suscipit escam. que autem mala vi-
dentur esse inopie coia sunt. que vero diuitiarum ppria sunt earum
Hec ille iohannes. Vis scire vlteri⁹ q tu erras. si diuitias appetis
propter tuum heredem? **Audi illustrem Senecam.** Quanta inquit
dementia est heredis sui res procurare. et sibi omnia negare. ma-
gna enim hereditas ex amico inimicum facit. plus enim gaude-
bit morte tua quo pl⁹ accepit. **Vis scire q tu erras si diuitias appe-
tis vt per eas dominus existas?** **Audi itidem Senecam illustrem.**
**Iste inquit quem dominum existimas pecunie locus est. multa ha-
bet. ignoras vtrum auar⁹ an prodigus. si pdig⁹ n̄ hēbit. si auar⁹
non habet. hec ille.** ex hoc et tu considera quale tibi dominuz di-
uitie conferent si cor tuum vel archa locus pecunie esset. vel eniz
non haberes dominium si auarus. vel non duraret dominium si
esses prodigus. **Vis scire q tu erras si diuitias appetis vt comiti-
uam magnam habeas?** **Audi rursus predictum illustrem de diuiti-
te loquentem.** **Iste inquit quem tu felicem admirantibus credis.**
multi illum comitantur. mel musce sequuntur. cadauera lupi. fru-
menta formice. predam sequitur ista turba non hominem. **Vis
scire q tu erras si diuitias appetis. vt per eas regnum obtineas?**
Audi itidem Senecam fabricius inquit pigni regis aurum repulit.
maiusqz regno iudicauit. regias opes posse contemneret. **Audi quo-
qz et alexandri regis preceptoz. aristotilem loquoz.** **O inquit ale-
xander noli appetere qd est corruptibile et transitorio. et qd opoz-
tet te cito relinquere. para diuitias incorruptibiles. Vitam immu-
tabilem. regnum eternū. durabilitatē gloriosaz. hec ille.** **Vis deni-
qz scire q tu erras si diuitias appetis tanq̄ consistentes in rebus
tuis et preciosis?** **Audi patrez clareuallis. Elij inqt adā gen⁹ am-
biciosum et auaruz. audite. quid vobis cuz terrenis diuitijs et glo-
ria temporalī. que nec vere. nec vestre sunt. Aurum et argentuz nō-
ne terra rubea est et alba. quam solus hominum error facit. aut ma-
gis reputat preciosam? Deniqz si vestra sunt hec. tollite ea vobiscū:
sed homo cum interierit non sumet omnia. Vere ergo diuitie non
opes sed virtutes sunt. quas secum conscientia portat. vt in eternū
diues fiat. **Hec ille pater.** Sed et audi illum psidorum. **Apud an-
tiquos inquit prior eris q̄ ferri cognitus vsum ere. quippe prius
proscindebant terram. ere certamina belli gerebant. eratqz in
precio magis es. Aurum vero et argentum propter inutilitatem****

eiciebantur. nunc versauice iacet es. aurum summo cessit honori.
Sic voluenda etas omuat tpa rerum. et qd etiam precio fit. deni:
qz honori nullo. Rursum de preciositate diuitiar. Audi boetiane
solatricis claram sententiam etiam superius tactaz. Diuitie inquit
ne vel vestra. vel sui natura preciose sunt. Quid eaz potius. Aurum
ne ac vis ogesta pecunie. Atqz hoc effundendo magis qm coacer:
uando melius nitent. Siquidem auaricia semp odiosos claros lar:
gitas facit. Quod si manere apud quenq nō potest qd transfertur
in alterz. tunc est preciosa pecunia cum translata in alios largien:
di usu desinit possideri. At eadem si apud vnū quanta est ubiqz gē:
tium congerat ceteros sui inopes fecerit. et vox quidē tota pari:
ter multozum replet auditū. vestre vero diuitie nisi ominute in plu:
res transire non possant. Qd cum factum est. paupes necesse est fa:
ciant quos relinquūt. O ergo angustas inopesqz diuitias. quas nec
habere totas pluribz licet. et ad quemlibet sine ceteroz pauptate
non veniunt. hec illa. Postremo p̄sus erras si diuitias appetis tā:
qm odistentes in rebz bonis. Hoc em illustis Senece sermone pul:
cerrimo improbat. cuius verba et sententiam soroz mea superius fi:
deliter recitauit.

**Capitulum secundū continens cōsolationes super carentia lucri
temporalis.**

**Secundo post premissa ad dñam solatricem supradic:
tam accessit et alius tristis de carentia lucri tpalis gē:
uiter conquerendo. At illa eidem p consolatione du:
as de suis puellis assignauit.**

I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad predictum tristem sic ait. Dic queso mihi cur
tristaris de carentia lucri temporalis. Dices forte. qz lucrando
acquiruntur diuitie que leticiam oferunt. vel saltem egestatem ex:
cludūt. S; tu frater p̄batis viris et exp̄tiozibz crede. pprie quoqz
experientie et intelliges pculdubio te errasse. Procedat primo in
medium magnus pater augustinus. et audiat quid dicat. Cū inquit
acquiruntur diuitie falsam leticiam tribuunt. et cum perduntur ve:
ram tristitiam. istas diuitias iniustum est putare diuitias que non
auferunt egestatem. tantum enim vnusquisqz ardebit auaricie. quā:
tum magis eas diligens maiores habuerit. quomodo ergo sunt di:
uitie quibus crescentibus crescit inopia. que amatoribus suis qn:
tum fuerint ampliores non afferant societatem. sed inflant cupidi:
tatem. Vnde bene quidam sapiens dixit. Crescit amor numi. quan:
tum ipsa pecunia crescit. cum pecunia enim incrementum recipit.
rabies cupiditatis augetur. Hec magnus pater. Sed quid sequitur.
Sequelā rei huius osidera ex dicto p̄ris clareuallis. Diuitiaz inq̄t
amor isaciabil. lōge āpli desiderio torquet aiaz qm refrigeret usu
suo. utpote qm acq̄sito laboris. possessio timoris. amissio pleā doloris.

hec ille pater. Sed et mercatorum qui lucrari querunt parua expien-
tia idē docet. his nihilominus adhuc libet adicere verbum ipsius senece
Quid inquit refert quantum illi in archa. quantum in horreis iace-
at. si etiam alieno inhiet. si non quesita. sed querenda computat. non
enim pauper est qui minus habet. sed qui plus cupit. nec qui plus habet.
sed qui minus cupit diues est. Concordat huic ciceronis sententia
Egens inquit eque est is qui non satis habet. et is cui satis nihil est.
se potest

III. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O karissime nescis quod lucrari opus negoci-
ationis est. quam plerisque constat esse interdictam. quibus procul du-
bio multo melius est lucro carere quam ipsam negociationem exercere.
Vis scire quare. Ecce negociatores non paucioribus quam paulus patet
periculis. Quibus inquit. De defecto piculis fluminum. periculis
latronum. piculis in ciuitate. piculis in solitudine. piculis in ma-
ri. piculis in fallis fratribus. scilicet in sociis vie se tradentibus.
Suntque et in labore et erumna. in vigilijs multis. in fame. et siti. in
ieiunijs multis. in frigore. et nuditate. sed et pericula inferni inueni-
unt eos. Nempe teste ihu filio syrach. Difficile exiit negociatio
a negligentia. et sequitur iter medium emptionis et venditionis an-
gustabitur peccatis. Sed quid prodest homini si lucretur uniuersum
mundum. anime autem sue detrimentum patiat. aut quam dabit ho-
mo commutationem pro anima sua. Lucra itaque que vix unquam sine pec-
cato fieri consueuerunt. nonne spernenda sunt tibi exemplo aposto-
li tanquam vilia. Audi ipsam apostolum. que inquit mihi fuerunt lu-
cra. hec arbitratus sum propter christum detrimenta. propter quem de-
trimentum omnia feci et arbitror ut stercoza ut christum lucrificem

Capitulum tertium continens consolationes super pecunie vel alia-
rum rerum temporalium perditione. spoliatioe. siue quocumque dano.
rum illatione.

Tercio post premissa ad dominam consolatricem sepedictam
accessit et alius tristis propter materiam premissi capi-
tuli perturbatus querens ab ea consolari. Cui illa hu-
ius rei gratia mox de suis puellis septem deputauit.

III. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O homo qui de perditione tristaris. Dic
quiesco mihi quid perdidisti. Forte enim res illas quarum deploras
amissionem. non semper habuisti. Nunquit statum perditum semper
habuisti. Nunquit officium perditum semper habuisti. Nunquit vxor-
em. vel maritum. aut talem. vel tale amicum semper habuisti. Nunquit
talem domum. castrum. vel villam. aut tales possessiones semper ha-
buisti. Certe non. et quia non. hoc ipsum te poterit consolari. Audi egregium
patrem gregem. Magna inquit consolatio in rerum amissione illa tunc ad mentem

intuetur q̄ aliquā illa nō habuit dolorem t̄p̄t q̄ amisit.

II. CONSIDERATIO.

Secūda puella sic ait. hō bone si nō bōa tuo sunt iudicō quorū pditio te pturbat. cur gō querularis. cū nulla tibi cā sit querulandi. Si vero bona iudices. sunt dtra te pculdubio te maiores dtrariū iudicātes. Audi senecā illū illustre. Silbon inquit. capta patria. amissis liberis. amissa vxore. cū ex incēdio publico solus et tñ beat⁹ exiret. interrogāti demetrio. nūquit oīa pdidiss. rñdit. Nihil inqt pdidi. oīa mea mecū sunt. iusticia. virtus. prudentia. nihil em bonū putare potuit qd̄ eripi possz. Audi et aliū referētē d̄imi. le Valerīū maximū loquor. Byas inquit cū patriā ei⁹ hostes inuaderent. oīm p̄ciosaz rex pondere onultis fugientib⁹. interrogat⁹ quid ita nihil ex bonis suis secū ferret. Ego certe inquit bona mea omnia mecū porto. p̄ctore em illa gestabat. nō humeris. nō oculis videnda alias visenda. sed aīo estimāda que domicilio mentis iclusa. nec mortaliū. nec deorū manib⁹ labefactari queunt. et ut manentib⁹ p̄sto sunt. ita fugientes nō deserūt. Audi rursuz et archian. t̄stitez ambrosiū. Nō sunt inquit bona hominis que secū ferre n̄ p̄t

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Nescis hō q̄ multū est auar⁹ cui de⁹ non sufficit. Sicut igit⁹ auar⁹ merito p̄t d̄ sua auaricia verecūdari maxime qm̄ scit⁹. Ita et bon⁹ hō merito verecūdari possz. p̄sertim coram boīs. si tanq̄ deo nō d̄tenti. ac p̄ d̄ns auari turbatōz ei⁹ aduerterēt ex rex t̄paliū amissioe. esset em signū q̄ nō deū pure diligeret. Oīs quippe dolor venit ex amore. dolor itaqz de t̄paliis alic⁹ amissioe ex eisdē venit t̄paliis amore. Ben⁹ igit⁹ hō de amissione t̄paliū nunq̄ d̄queri seu turbari. s̄ hoc debz d̄queri q̄ d̄queri et amissiois cā t̄paliū. adhuc in se turbatōz expit⁹. quēadmodū hō qui nōduz est celestis s̄ t̄rren⁹. Nunq̄ nō ita. p̄fecto sic. Nepe ignis in sua s̄pera calidissim⁹ corpi celesti immediate diūct⁹ est sub eo existēs sine medio. et tñ nequaq̄ tangit p̄hifice ipsum celum. quomō ergo sperabit hō. vel audet p̄tendere q̄ ip̄e de numero sit celestīū hoīm seu bonozum. si cor suum adhuc tangitur amissione rerum t̄paliū tam paruarum.

III. CONSIDERATIO.

Quartā puella sic ait. Amice karissime. Tu de pecuniāz doles pditione seu ablatōe. s̄ potū gauderes. qm̄ cū eis l̄ in anima p̄ire potuisses. Audi illustrem Senecā. Oīa inquit pdidisti. cū omib⁹ p̄ire potuisti. noli d̄queri q̄ incideris. gaude q̄ euaseris. qui se habet. nihil pdidit. H ille. Vn̄ ergo doles. de pditōne. si nichil perdidisti quemadmodū hic supponit. Sm cuius sententiā nullum veruz damnū incurristi. sic em ait. vir iste illustris. Nihil pdit qui se habet. circūspice ista que cū plurimis lacrimis amittim⁹. scias nō damnū in h̄ijs esse molestū. s̄ opinionē damni. pecuniā minozē habebis. nempe et molestiam. gratiam minozem. nempe et inuidiam

minorem se3 etiam habebis.

IV. CONSIDERATIO

Quinta puella sic ait. **O** karissime d' pditione d'ristaris. gaude q' inter perdita teipsum non inuenis. sed illa pot' forte quib' cruciaberis. **A**udi illustrem senecam. **D**ecuniam inquit pdidi. fortassis te illa pdidiss'. pecuniam pdidi. o te felicem si cu' illa auariciam pdidisti. **S**ed si manet illa apud te. es tanto felicioz. quo tanto malo subducta est materia. omnia pdidi. sed cum omnibus perire potuisti. cogitas q' perdidideris. sed non q' euaseris. **H**ec ille illustris. **S**ed nonne est melius pecuniam vel alia temporalia. et cum illis etiam auariciam pdidisse. q' in periculo pditionis sauisius mansisse. **A**udi ad hoc et alia verba illustris eiusdem. pecuniam inquit pdidi. et illa q' multos. eris nunc in via expeditioz. domitioz. exoneravit te fortuna si intelligis et tutioze posuit loco. damnum putas. remedium e'. defles miser. te. clamitas q' operibus excussus es. tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. non taz moleste ferres. si tanq' perditurus habuisses.

VI. CONSIDERATIO.

tibi ingrata est paupertas. cur eam voluntarie non assumis. ut per eam sic assumptam quiete atq; securitate potiaris. **V**is scire q; quietem conferat. **A**udi sanctissimum patrem **gregorium**. **Q**uid inq; in hac vita laboriosius q; terrenis desiderijs estuare. quid quietius q; nihil huius seculi appetere. **A**udi et illustrem **senecam**. **Q**uietissime inquit uiderent homines si hec duo tollerentur uerba. meum et tuum. **V**is rursus scire q; paupertas voluntaria conferat securitatem. p; dictum illustrem rursus audi. **R**edige inquit te ad parua ex quibus cadere non possis inest paupertatis. sine qua nihil est iocundum securitas. **A**udi quoq; et sanctissimum patrem antedictum **gregorium** loquor. **M**agna inquit est securitas cordis nil concupiscencie habere secularis. qui nihil habet in mundo qd diligit. nihil est in mundo quod perimescat.

C X. CONSIDERATIO.

Decima puella sic ait. **A**udi amice patrem **clareuallis**. de paupertate gratam copulatiuam enunciantem. **P**aupem inquit ferre equo animo uirtus patientie est. sponte appetere sapientie laus est. **h**ec ille pater. et nonne bñ de sapientia laudat qui grauia alijs sibi alleuiat. et noxia tela preoccupat. **U**tq; s; quis est karissime qui hec facit. **I**s certe q; paupertatis familiaritate desiderat. et se ei sponte associat. **A**udi illustrem **senecam**. **N**e inquit imparatos fortuna nos deprehendat. fiat nobis paupertas familiaris. securius diuitias eicimus. si experti fuerimus q; non sit graue pauperes esse. ad paupertatem sua sponte descendere. preoccupare est tela fortune. **R**ursus nonne digne laudabitur de sapientia. qui laudem eius qui super omem narrationem est tacite ocelebrat. et mira subtilitate ipm etiã per silentium laudat. **E**ateare hoc necesse est. **S**; quis est hic et laudabimus eum. **C**erte paup et inops. presertim qui talis est ut premititur spontanea voluntate. **A**udi illum **cassiodorum** non incassum **V**ideamus inquit q; sit ista gloriosa paupertas. q; **felix** perhibetur inopia. que dominum et tacita laudat. et patientie sue uirtute concelebrat. mutus est si psallat superbus. pauper et inops laudabunt dominum. etiam cum uidentur habere silentium.

C XI. CONSIDERATIO.

Undecima puella sic ait. **O** mi frater scias q; idigne q; de paupertate. presertim voluntaria tristatur. que paupertas tot suplatiuis honorat. quippe si scrutaris de ipsa inuenies q; summa uoluptas est. **I**nuenies q; maxima felicitas est. **I**nuenies quoq; q; res

tutissima est. **V**is scire q̄ summa voluptas est. **T**udi illustrem senecam. **N**on enim inquit iocunda res aqua et polenta. aut frustuz ore deacet panis. **S**ed summa voluptas ex hijs capere voluptatem. et ad se deduxisse quod eripere nulla fortune iniquitas possit. **V**is scire q̄ paupertas hec. maxima felicitas est. **T**udi itidem eundem illustrem. **Q**uis est inquit pauper qui sibi videt̄ pauper scienti paupertate maxima felicitas est. **V**is scire q̄ hec paupertas res tutissima est. **T**udi et cathonem nostrum cuius in metro sic dicitur. **D**aupertas si leta venit. tutissima res est. **H**is autem addendum iudico. q̄ paupertas voluntaria tanq̄ mater et nutrix. custos mundissime religionis est. **T**udi filium alphei. **R**eligio inquit munda et immaculata est. immaculatum se custodire ab hoc seculo. quod glosator sic declarat. qui inquit temporalia non diligit. immaculatum ab hoc seculo se custodit. constat autem q̄ temporalia nō diligere. proprium est paupertatis voluntarie.

C XII. CONSIDERATIO.

Dodecima puella sic ait. **O** frater considera paupertatis preteritum voluntarie magnam virtutem. et reputabis eam tibi q̄ plurimum proficere ad salutem. **N**imirum si vis scire que sit eius virtus. **E**cce paupertas graue iugum seruitutis excutit. paupertas primus gradus quo ad perfectionem ascenditur. existit. **D**aupertas aurum et argentum utiliter resoluit. **D**aupertas meliorem sortem accipit. **D**aupertas in celestibus abundare facit. **D**aupertas deniqz ipm̄ deū pauperis thesaurariū constituit. **V**is scire q̄ paupertas voluntaria de qua est sermo graue iugum seruitutis excutit. **A**tende scripturam que dicit. pecunie obediūt omnia. et certe obedire cui omnia obediunt scilicet pecunijs. est proculdubio tanq̄ irrationabilis domini valde graue iugum seruitutis. et certum est q̄ ab illo iugo quis paupertate voluntaria liber redditur et immunitis. **V**is scire secundo q̄ paupertas primus gradus est quo ad perfectionem ascenditur. **A**tende verbum saluatoris. **D**ictum ante omnia alia ad perfectionem disponentia. **S**i vis inquit perfectus esse. vade vende omnia que habes et da pauperibus. ad propositum autem de primo gradu. confessor ille eusebius expressius est locutus. **C**um inquit celeste regnum in multis bonorum consideretur. primus gradus scandentium est ipsorum qui diuino intuitu colunt paupertatem. **V**is scire q̄ ipsa paupertas aurum et argentum utiliter resoluit. **A**tende q̄ paupertas voluntarie assumpta per ipsam abdicationem auri et argenti et elargitionem factam pauperibus. propter ipsuz deum resoluit ipsum aurum in pulchram

monetaz xpi ymaginē continentem. acceptabilem utiq; in foro dei.
In huius signum resolutionis per eā solite fieri ipsa paupertas volun-
taria camino cui inest virtus resoluendi comparari videtur. Dicē-
te domino per ysaiam prophetam **E**legi te in camino paupertatis
quāuis dicta paupertas possit etiam dici camin⁹ ignis diuini amoris
contētū. qui amor causa est principalis dicte resolutionis. **V**is ul-
teri⁹ scire quod paupertas voluntaria meliorem sortem accipit. **A**ttende
quod regnū celorum hereditarie est ipsorum pauperum. mobilia vero huius
seculi sunt diuitem. **H**uius quidem sortis diuisio figurata videtur
in libro geneseos. ubi abraham filiis ocubinarum largitus est mune-
ra. filio autē suo nato de libera dedit cuncta que possidebat. **V**is de-
niq; scire quod paupertas voluntaria facit in celestibus abundare. **A**ttende
quod proculdubio illud facit in celestibus abundare. pro quod potest homo in celo the-
sauros multiplicare vel augere. **S**ed quid est hoc? **D**efecto pro paup-
tem voluntaria omnia propter deum relinquentem. potest homo thesauros in ce-
lo multiplicare vel augere. **H**uius nimirum rei testis est ipsa veritas.
Vede inquit omnia et da pauperibus. et habebis thesauros in celo. **D**i-
ces forte. quid si nihil vel modicum quis habeat. et tam habitus de
facto quod non habitus animi preparatione relinquit. **V**t pote sic dispositus.
si regios thesauros. aut in infinitum maiores heret. libere propter deum
omnes relinqueret. **N**on quid talis hoc pacto celestes thesauros quan-
titati taliter relictorum proportionatos sibi operabit. **V**tique. **N**on ei apud
deum pensatur census. sed affectus. **A**udi egregiam illam gregorijs iniam. de
petro et adreā loquentis. **A**d vocem inquit dominicam uterque iste piscator
quid aut quantum dimisit qui pene nihil habuit. sed in hac re karissimum
affectum debemus potius pensare quam censum. **M**ultum reliquit. qui sibi ni-
hil retinuit. multum reliquit. qui quilibet parum totum deseruit. **H**ic ille
et nonne hec sententia plane in plana et expressa fundatur christi estima-
tione. quippe multis diuitibus multa in gazophylatiū iactantibus.
Vidua vero paupercula nisi duo minuta in ipsum mittente. **S**ic christus
discipulis. **V**idua hec pauper plures omnibus misit. omnes enim ex eo quod abun-
dabat illis miserunt. **H**ec vero de penuria sua omnia que habuit
misit totum victus sum. **S**ed quid. **C**erte si hec minus habuit. et tam
christi estimatione plures quam alij misit. sequitur si christi estimatio vana non erat.
nec ei inutilis. quod non pro re quam misit. sed pro affectu quem habuit maio-
ri in celo remuneratione digna fuit. **S**ic enim etiam inuenimus quod pro mar-
tiritio quod solum in voto habet quis aureola martiris remuneratur. **Tu-**
di dictum illius cypriani. venerabili decretoꝝ volumine recitatum. **I**n
dei inquit seruis apud quos cogitatur et martiritium mente occupatur. ai-
mus ad bonum deditur deo iudice coronatur. **H**oc itaque pacto potest quis
aliena sine damno possidentium sub hac conditione si illa haberet
propter christum animo relinquere. ac per hoc in celo thesaurizare.
Quid plura. **E**cce quod mirum est dictum. easdem res temporales di-
uersi possunt propter ipsum christum. vel sub conditione relinquere.

et sic in celo thesauros multiplicare & augere. nec solū hoc facere
possunt de hijs que sunt. s; etiā de hijs q̄ nōduz sunt. s; esse possunt
Vis postremo scire q̄ paup̄tas volūtaria ip̄m deū cōstituat pauperis
thesaurariū. Attēde q̄ potēs est de⁹ depositū paup̄is seruare in il-
lum diē eternitatis iust⁹ iudex. put supra videre poteris p̄ neptem
meā declaratum.

**Capitulum octauum cōtinens cōsolaciones in genere sup̄ inopia
et paup̄tate. siue sup̄ indigentia necessariorū et egestate.**

Octauo post p̄missa ad dñam cōsolatricē p̄ncipalem
accessit et ali⁹ tristis petens sup̄ paup̄tate in genere
cōsolari. Et illa eidē cōsolatōis gratia de suis puellis
qua tuordecim adiunxit.

II. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. **O** amice cur refugis paup̄tatem expiri⁹ q̄
est nobilissimū expimentū. Cui⁹ rei inquires. Certe expimentū
est te certificans de re illa de qua vt reor maxime velles esse cerē.
videlicet quez haberes fidelē amicum. Nec mirum. qz s̄m illū are-
stolem in suis moralib⁹. amicicia maxime necessaria est ad vitam.
eo q̄ null⁹ eligeret viuere sine amicicia. habens reliqua omnia bo-
na. Diligere itaqz habes paup̄tatem. vtpote p̄ quā maxime de ve-
ra poteris amicicia certificari. et minus falli. Vis hoc scire. Audi
illustrem senecaz. Ob hoc inquit vnū amanda est paup̄tas. q̄ a quo
ameris oñdit. Cōcordat plane. ac sup̄addit venerād⁹ pater jeroni-
m⁹. Ob hoc inq̄t maxime amāda est paup̄tas. qz a quo ameris ostē-
dit. quippe nō habet adulatōe comitem sibi p̄centē. fortunā hoīs
et nō p̄sonā amātem. Audi ad idē itidē senecaz illustrez. Qd̄ inquit
diuitijs nō potes scire. paup̄tate scies. illa veros certosqz retinebit
amicos. Discedit q̄s. non te. s; tua sequebat⁹. **O** qñ dies illa veniet.
q̄ nemo an p̄pter te vl̄ tua te honozat. in honzē tuū mentia⁹. H̄ ille

III. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Scias frater q̄ paup̄tas multū confert
ad illam p̄tem optimā quā sibi mariā cōstat laudabiliter elegis-
se. s. ad vitā cōtemplatiuā. S; timeo q̄ te cōtra hoc decepit vbū illd̄
ph̄i gentiliū. Egenub⁹ meli⁹ est ditari. q̄ ph̄ari. S; huic dicto nō
inhereas. topicū est. nec positū nisi gratia exempli. vñ cōtrariam cō-
paratōnem. seu dictū illustri senece potius attendas. Nihil inquit
sit qd̄ nos a sciētia ph̄ica remoueat. nec paup̄tas. nec alic⁹ rei in-
digētia. Rursus et aliā verā cōsidera ph̄ie cōparatōz. Nā vt alibi di-
citur. tria p̄cipue extollūt ph̄iam. cōtempt⁹ mobilis affluētie. ap-
petit⁹ future felicitatis. et mentis illustratō. quoz p̄mo nichil
est honesti⁹. scdo nichil felici⁹. tercio nichil ad amboz cōpendiosaz
adeptōz efficaci⁹. Hijs autē cōparatōib⁹ p̄satis plane sequit⁹. nedū
meli⁹ esse ph̄ari q̄ ditari. s; etiā meli⁹ eē ph̄ari et vniuersaliter spe-
culari seu cōtemplari q̄ malū sic paup̄ez esse & fieri. q̄nimo h̄ malū n̄ ē

cum plurimū offerat ad vacandū animo. seu ad speculari. Vis scire testimonio fideli. q̄ ad hoc nō diuitie. s̄ paupertas offerat. Audi iterum senecam illustrem. quous virū gentile. Multis inquit ad phandum obstitērūt diuitie. paupertas autem expedita secura est. aut ergo paup̄ sis. aut paup̄i similis. si animo vacare vis. nec miruz q̄ sic dicit. Nā et magn⁹ pater augstin⁹ huic dicto d̄cordat. ois inquit phie magistra est inopia.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Cur hō qui de paupertate tristari⁹ nō poti⁹ gaudes. attendens rursus verba cathonis illustri⁹. Paupertas inquit si leta venit. tutissima res est. Ecce iungit paupertati leticiam atq; mox adiungit p̄tialē ei⁹ cām. Dicens eam esse tutissimā. et p̄ d̄sequens innuit eam piculi qd̄ triste foret esse maxime exclusiuam. Nempe diuitie paupertati oppositae sunt nimium piculose. habentem etem̄ ipas nō solū grauat sollicitudo de eis d̄gregandis atq; d̄seruandis. s̄ qd̄ quidem piculosissimū est anime. ipe diues fune p̄plexitatis strangulat⁹. Cum em̄ paup̄ib⁹ cōdicare teneat⁹. cogitat super miserū sibi occurrentez. Dabis ei an non dabis. et clax̄ est qd̄ sepi⁹ sine magno tūc cū piculo dare negligit qd̄ tenet⁹. secumq; fluctuando piculose disputat an casus sit v̄l ne. in quo dare teneat⁹. Ab hac aut piculosa fluctuatōe et p̄plexitate p̄ paupertatem impossibilitatem inducentē supportat⁹. et in tuto d̄stituitur.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. karissime gaudere deberes de paupertatis miseria; si scires quanta ob illā tibi accederet potentia. Multa certe et magna. Nempe post verba illa p̄phetica. Beat⁹ qui intelligit sup̄ egenū et paup̄em. sequit⁹ in p̄phetia. in die mala liberabit eum dñs. quibus alludens verbis Rauēnenis sic ait. In die mala sine causa peccatū accusat. quē paup̄ excusat. immo accusari nō poterit. quē fames paup̄is excusauerit. Diem vero malā videbit. qui diem iudicij sine aduocatione paup̄is intrauerit. h̄ ille.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. Scias homo q̄ de paupertate min⁹ p̄uide quis tristat⁹ cuz paupertas diuitijs. et paup̄im⁹ diuiti fortuna: tissimo nō mō a sanctis. s̄ etiā nōnūq̄ a dijs gentiū p̄fera⁹. Giges em̄ cum esset regi⁹ pastor ut refert ille elinād⁹ facta p̄liuione imbrum descendit in quendā hyatum terre. ubi inuenit quēdam hoiem mortuū in equo eneo sedentem. inuenitq; quendam anulum p̄ quē inuisibilis fact⁹ stuporem regine intulit. et adiutrice ea regem dominum interemit. De hoc aut gige. Audi illū valeriū. Cum inquit giges armis et diuitijs opulentissimo lidie regno. inflat⁹ aīmo scitatum apollinē ijsset. an aliquis mortalium se felicioz ess̄. ex abdito specu sacrarij vox insonuit que ad glaum ei p̄tulit. is paup̄im⁹ erat. s̄ etate senioz agelliq; sui terminos nūq̄ excesserat. sic igit⁹ insolēter de fortune fulgore gloriāti respōdit apollo pl⁹ p̄bari

paucas glebas pauoris exptes. q̄ arua lidie p̄guissima metu refer-
ta. et vnū aut alter facile tutele iugū bouz. q̄ exercitū eq̄tū voraci-
b⁹ exp̄sis onerosū. et horreū vs⁹ necessarij. n̄liqz nimis appetēdū
q̄ thesauros expositos insidijs et cupiditatib⁹ hoīz. ¶ **CVI. CONSI-**

Sexta puella sic ait. Tu times paupertatē tāq̄ ip̄a sit mala. et cer-
te militāt cōtra te plura testionia philosophica. De malo em̄ li-
citū atqz solitū ē timere. S⁹ ecce princeps phōz aristoteles in suis
moralib⁹ dicit. q̄ egritudo et paupertas n̄ sunt timēda. Rursuz qd̄ me-
lioz accidēs ē. quō hoc possz eē malū. S⁹ qd̄. Defecto paupertas bo-
nis ē dīter sociata. Audi ph̄m āndictū. Propter qd̄ inq̄t iopia ap̄
vīles hoīes magis q̄ apud p̄aucos. aut qz studiosos opina⁹ hoim.
optima ip̄a vti ab ip̄is. quēadmodū depositōz pecuniaz penes bo-
nos ponim⁹. et ita ip̄a a se ip̄a ordīa⁹. i. iopia q̄ ip̄a ordināte ē ap̄
bonos seu virtuosos. quēadmodū nobis ordinātib⁹ pecuniaz de-
positō sit apud bonos reputatos. Deniqz q̄ paupertas n̄ sit mala. p̄z
et p̄ h⁹ q̄ ille scōz ph̄z eam describēs multa bona de ip̄a p̄dicauit
Paupertas inq̄t ē odibile bonū. sanitatis mater. curaz remotō. absqz
sollitudine semita. sapiētie repatrix. negotiū sine damno. itracta-
bilis substantia. passio sine calumnia. incerta fortuna. sine sollici-
tudine felicitas. h̄ ille. ¶ **CVII. CONSIDERATIO**

Septima puella sic ait. Nōne hō credis q̄ multo pluris ē hoīs
ad deū vnio. q̄ oīs terrena possessio. S⁹ qd̄. Ecce paupertas sic ē
dei et paupis vniciua. q̄ ip̄e de⁹ vult oīo itelligi pauperis i p̄sona
Audi illū rauēnēsē. Beat⁹ inq̄t q̄ itelligit sup̄ egenū et paup̄ez. zē
Ozem⁹ igit⁹ vt ip̄e nobis itelligere itelligēda dcedat. q̄ se sic i pau-
pe itelligi demonstrat. vt ip̄e q̄ celū regit i paup̄e nud⁹ sit. esuriat i
esuriēte satietas rex. insatiēte sitiāt fōs forū. Esuriui inq̄t zē. Ecce d̄
us i celo panē cōedit quē paup̄ i terra p̄cipit. et qd̄ paup̄ accipit
i poculū. de⁹ sibi testa⁹ ifufuz. Et qd̄ suffecerat dicere. Dediti mi-
hi māducare et bibē. S⁹ p̄mittit esuriui sitiui. qz pu⁹ fuissz amoz pau-
pis q̄ paup̄ez suscepissz. nisi et passiois paup̄is assūpissz. Nā et amoz
ver⁹ n̄ p̄ba⁹ nisi i passioib⁹. h̄ ille rauēnēsē. ¶ **CVIII. CONSI-**

Octava puella sic ait. Amice karissime multū gauderet miles si
tanq̄ alter rex deberet haberi. S⁹ quid certe xp̄s rex glorie
paup̄em qui de membris ei⁹ est. vult haberi tanq̄ alter seipm. Al-
ter ei seipm iudicat et ei ip̄esa sibi ip̄i ip̄ensa deputat. Audi circa h̄
sc̄m archiāristitē. abzō. loquoz. Quid ē inq̄t xp̄z i vlnas suscipe⁹ n̄
si hūc pijs opib⁹ i m̄bris suis āplecti l̄ fouē. p̄ vlnas ei. i. brachia
vt⁹ opatōis exprimi. et ei cū i alio xp̄z esuriētē satiāt. i alio sitien-
tē potāt. i alio hospite suscipiūt. i alio nudū opiūt. i alio ifirmū. l̄ i
carcere poitū visitāt. Pijs p̄culdubio duos opib⁹ eūdē spū quo
tidie puez āplectūt. h̄ abzōsi⁹. ¶ **CVIII. CONSIDERATIO**

Nona puella sic ait. Ecce scriptura dicit. paupertas et honestas
a deo sunt. S⁹ qd̄. Defecto sequi⁹. q̄ ipsa paupertas nedū a deo

ut donum dei acceptanda sit. s; et patienter et voluntarie toleranda. Vis nosce dñtiam. Accipe eam a simili. Dixit nanq; dñs petro Calicē quē dedit mihi pater nō vis ut bibā illū. Sic et licz inferre de ipa paup̄tate. q̄re iuxta verbū sapientis ipa est donū dei a paucis agnitū. S; et poeta dicit. O munera nōduz intellecta. paup̄tas angusti q; lares.

EX. CONSIDERATIO.

Decima puella sic ait. Cur odis hō preciosaz et amabilem paup̄tatez. Vtpote quā ip̄e de⁹ amat. Vis hui⁹ rei habere signū. Defecto p̄imum et infallibile signū est. q; dei fili⁹ assumere eam voluit sibi ip̄i. Si dicas vbi potest hoc discerni. Ecce in luca vbi dicitur matre ei⁹ dicit. Deperit filium suū p̄imogenitū. et p̄anis eū inuoluit. et reclinauit euz in p̄sep̄io. q; nō erat ei loc⁹ in diuersorio. Rursum videas in matheo vbi dñs p̄ tributo soluendo petrū misisse dicitur ad piscandū. vbi et glosator dicit. tante fuit paup̄tatis. vt vñ daret tributum nō haberet. Rursum attendas ad illd̄ marci. circūspectis omib⁹ cuz iam vespa ess; hoza. exiit in bethaniam cum .xij. vbi glosator dicit. circūspectis siquis eū hospitio suscipet. tante em̄ paup̄tatis fuit. et ita nulli adulat⁹. vt in tanta vrbe nullū inueniret hospitium. Rursum de xp̄o illd̄ trenom̄ intelligit⁹. Recordare paup̄tatis mee. Deniq; paup̄tas xp̄i crescendo p̄cessit. quippe in natiuitate pannis inuolut⁹ est. et p̄ domo habuit stabulū. et p̄ cuna p̄sep̄iuz. Deinde nō habuit hospitium. iuxta illd̄ qd̄ dixit. Vulpes foueas habent. et volucres celi nidōs. fili⁹ aut̄ hominis nō habet vbi caput suū reclinet. In passione vero etiā p̄p̄rijs vestib⁹ spoliat⁹ est. teste matheo. exuentes inq̄t eū zc. **V**erz ne credas xp̄m fuisse pauperem necessitate et nō voluntaria paup̄tatis assumptōe. Audi patrem clareuallis. **E**orte inquit aliquis arbitret⁹ filio dei sublimia esse querēda palacia vt cuz gloria fili⁹ dei recipet⁹. s; nō p̄pter hō ille a regalib⁹ sedib⁹ venit. In sinistra ei⁹ diuitie et gloria. in dextera longicurnitas vite. hoz̄ oim̄ eterna in celis affluētia appareret. s; paup̄tas n̄ inueniebat⁹ in eis. **D**ozro in terris abūdabat et sup̄abūdabat hec sp̄s. et nesciebat hō precioz ei⁹. hanc itaq; fili⁹ dei acupiscens descendit vt eā eligat sibi. et nobis quoq; sua estimatione faciat preciosam. **H**ec ille pater. qui et de eodem filio dei sic dicit. Descendit ab inenarrabilib⁹ celi diuitijs et veniēs i munduz. nec istas qualescunq; diuitias habere voluit. s; in tanta paup̄tate venit. vt nat⁹ continuo poneret⁹ in p̄sep̄io. **S**cđm signū diuini amoris erga ip̄am paup̄tatem esse scito q; p̄pter paupes fili⁹ dei in mundum venit. quippe in ei⁹ p̄sona dixit ysaias vt euangelista testatur. Spirit⁹ domini sup̄ me. p̄pter qd̄ vnxit me. euangelizare pauperib⁹ misit me. S; et psalmista dicit. p̄pter miserā et gemituz pauperū. nūc exurgā dicit dñs. **P**aul⁹ etiam idem testatur. **S**citis inq̄t gratiā dñi nr̄i ihu xp̄i. qm̄ p̄pter nos egen⁹ fact⁹ est cū esset diues

ut illi inopia vos diuites essetis. **De** factus quoque clareuallensis idem supponit miserum hominem nomine vilis vermiculi designans. Magna inquit abusus et nimis magna. ut diues esse velit vermiculus vilis. propter quem deus maiestatis. et dominus sabaoth voluit pauper fieri. hec ille pater.

CXI. CONSIDERATIO

Quod decima puella sic ait. Tu qui propter paupertatem desolaris vitiis tibi beneficia et fauores deus omnipotens impendit ac impensurus sit pauperibus. quod quidem patet aliqua de dictis superius resumendo. Nam ecce christus in principio doctrine sue ut testantur euangeliste beatos esse pauperes predicauit. christus pauperes dignos indicat mensa sua. Hic est qui in luca leguntur pauperes ad cenam domini introducti. et in psalmo dicitur. pasti in dulcedine tua pauperi deus. Deus pauperes adiuvat. pro. Adiuuat pauperem de inopia. Deus pauperes elegit. Audi quid dicit per ysaiam. Elegi inquit te in camino paupertatis. **Iacobus** quoque dicit. nonne deus elegit pauperes in hoc mundo. Deus exaudit pauperes. hoc testatur psalmista. Desiderium inquit pauperum exaudiuit dominus. In ecclesiastico quoque dicitur. Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures peruenit. Deus memor est pauperum. quod etiam testatur psalmista dicens. Nonne in finem obliuio erit pauperis. Deus de pauperibus est sollicitus. etiam hoc testatur psalmista qui ait. Ego autem mendicatus sum et pauper. dominus sollicitus est mei. Deus est refugium pauperum. iuxta illud psalmiste. Factus est dominus refugium pauperi. Deus est pauperum fortitudo. teste ysaias ad deum loquente. Factus est inquit fortitudo pauperi. fortitudo egeno in tribulatione sua. Deus pauperes saluat. Teste psalmista. Daret inquit pauperi et inopi. et animas pauperum saluos faciet. Regum quoque libro dicitur. Populum pauperum saluum facies. Deus affirmat pauperes derelictos. Unde psalmista deo loquens. Tibi inquit derelictus est pauper. et rursus psalmista. Pater meus et mater mea dereliquerunt me. dominus autem assumpsit me. Deus spes est pauperum et exultatio. Hinc ysaias dicit. In ipso sperabunt pauperes. Idem quoque dicit. pauperes homines in sancto israhel exultabunt. Deus nonnunquam de pauperum exequiis prouidens. ipsos ab angelis deportari facit ad locum quietis. Nam in luca dicitur. Factum est ut moreretur mendicans. et portaretur ab angelis in sinum abrahe. Denique ut uno verbo dicatur. tanta est dilectio dei ad pauperes. ut bonum vel malum quod sit pauperi sibi reputat fieri. patet hoc domine domino teste mattheo. quod inquit vni ex minimis meis fecistis. mihi fecistis.

CXII. CONSIDERATIO

Quod decima puella sic ait. Tu homo odis paupertatem. quare si scires qualis esset multum diligeres. ipsamque potius quam diuitias habere velles. Nimirum paupertas expedita est. leta est. secreta est. fertilis est. atque medicinalis est. Vis scire quod paupertas sit expedita. Audi sanctissimum patrem gregorium. Qui inquit mihi opus diuitiarum

427
abstulit. me ad currendū citi⁹ expediuit. ad patrias liberi⁹. tēd im⁹
quia quasi in via pondere carem⁹. **Vis** etiam scire q̄ leta sit paup-
tas. **Audi** senecam. **Sepe** inquit paup̄ fideli⁹ ridet. nulla ei in alto
solicitudine est. **H** ille. **S** et in patrū libro scribitur. q̄ quidā paup̄
habebat vnā nattam. de medietate se coopebat. alterā medietatez
sibi submittebat. et erat validū frig⁹. et pater monasterij de nocte
exiens audiuit eum dñtez. gratias ago tibi dñe. quotquot sunt mō
diuites in custodia. et qui in ferro sedent. aut pedes habent in li-
gno dstrictos. ego aut̄ velut impator sum extendens pedes meos.
et quo volo ambulo. **H** ibi. et nōne paup̄tas huius satis leta fuit.
Vis g⁹ scire vlteri⁹. an paup̄tas segura sit. **Audi** magnū p̄ez augu-
stinū. **Securior** dormit paup̄ in terra. q̄ auri diues in purpura. **hec**
ille pater. qui rursus de securitate paup̄m loquens. **T**erius inquit
diuitib⁹ q̄ pauperib⁹ inuidet. et nō inopes. s; locupletes inque-
tat infestatio seu a latronū. **Audi** quoq; et illustrē **senecā** de secu-
ritate paup̄tatis loquentē. **Nudū** inquit latro dimittit. etiā in obfes-
sa via paupi pax est. **Vis** scire q̄ fertilis sit paup̄tas. **Audi** magnū
patrem **augustinū**. **Eecund⁹** est inquit ager paup̄m. cito reddit do-
nantib⁹ fructū. **H** pater magn⁹. **S** et d̄siderandū occurrit q̄ licz
ip̄a terra macilēta videat. tñ quantū ad veroz bonoz incremēta
fertilissima est. restante libro **geneseos**. **Crescere** iquit me fecit de⁹
in terra paup̄tatis mee. et certe in hac terra plantari voluit vnige-
nit⁹ dei lignum vite. vitis vera. **Vis** deniq; scire q̄ medicinalis sit
paup̄tas. **Audi** de hoc sanctissimū patrem **gregoriū**. **Quos** inquit
morum infirmitas vulnerat. paup̄tatis medicina sanat.

CXIII. CONSIDERATIO.

Terciadecima puella sic ait. **O** amice vnā scires quāte sit pau-
ptas efficacie. mixt̄ satis esset si ip̄az n̄ diligeres. **Quenā** inqui-
es est ip̄i⁹ efficacia. **Ecce** paup̄tas vitijz materiā subtrahit. **Paup̄-**
tas luto et stercoze carere facit. paup̄tas patienter habita decozez
inducit. paup̄tas nō solū duas filias sanguifuge infernales suffo-
cat. s; et vermē diuitum occidit. **Vis** scire primo q̄ paup̄tas vitijz
materiā subtrahat. **Audi** **senecā** illustrē. **Inquis** inquit pecuniam p-
didi. **O** te felicē si cum illaz auariciā pdidisti. s; si illa manet apud
te es tanto felicior. quo tanto malo materiā subducta est. **Vis** scire
scdo q̄ paup̄tas luto et stercoze carere facit. **Audi** verbū pauli ali-
as inductū et de terrenis intelligendū. oia inquit arbitroz vt ster-
cora. **Habui** aut̄ et supra ex libro sapientie q̄ tanq̄ lutum estima-
tur argentū. **S** et abacuc **ap̄l̄a** cū additione dicit. **Ve** qui cōgre-
gat nō suā. vsq; aggrauat c̄tra se densum lutū. ex quo plane sequi-
tur q̄ bonū est esse paup̄em. saltez eo fine vt hō glutinoso luto seu
diuitiarū stercozib⁹ cor suum si affluant n̄ apponat. **Vis** tercio sci-
re q̄ paup̄tas patienter habita decorem inducit. **Audi** sanctū virū
Basilīū de t̄palib⁹ bonis loquentē. **S**i iquit fateris ea tibi diuinit⁹

prouenisse. **E**n iniust⁹ est de **A**ineq^liter nobis res distribuent. **C**ur
 tu abundas. ille vero mendicat. nisi et tu bone disp^esationis meri-
 ta desequaris. **I**lle vero patientie brauijs decozet. **H**ille. et qd di-
 cit de decore. hui⁹ quidē ratio p^t esse. **N**ā psalmista de dño loquēs
 specialiter dicit. **O**culi ei⁹ in paupem respiciunt. quomō. **D**eo cul-
 dubio dulci⁹ et amibili⁹ p^r ceteris hic et in futuro. **S**i ergo put-
 canit ecclesia. **S**plendida facta est facies moysi dū aspiceret in eū
 dñs. nō est facile abnuendū. quin efficaci diuinorū oculorū respe-
 ctu in paupem facies interioris sui hominis splendoris decorem
 specialem desequat. **V**is demū scire q^d paup^rtas nō solum duas san-
 guisuge filias suffocat. s^z q^d etiā vermem diuitū occidit. **A**udi que
 nam sint hee filie sanguisuge de quibus habet^r in puerbijs. **C**erte
 sunt gula et luxuria. que quidē sugunt peccati sanguine de dupli-
 ci diuitū substantia. quas dstat suffocari ipa paup^rate. **R**ursum au-
 di quis sit vermis diuitum corda corrodēs. **D**efecto hic vermis
 potissime p^t dici remorsus dscientie de hoc q^d cum possent. paupi-
 bus non subueniunt continue habende. **H**ic vermis quidem non
 meli⁹ occidi potest. clax est q^d paup^rate mediante. est enim paup^r
 in hoc casu a remorsu dscientie supportat^r. cū nullus ad impossibi-
 le obligetur.

C XXXI. CONSIDERATIO.

Quartadecima puella sic ait. **A**udi homo rem gestam. qui de
 paupertate querularis ad magnam tui consolationem. **A**udi
 rem gestam per patrem clareuallis. trina vice vel in parte recita-
 tam. et nunc iterum completius et deuotius recitandam. **A**ccedit
 inquit ad consolationem pauperum ipsa quoq^z que pastoribus
 exhibita est visitatio et allocutio angelorum. **V**e vobis diuites
 qui vestram habetis consolationem. vt non mereamini habere iam
 celestem. **Q**m̄ multi nobiles secundum carnem. q^{m̄} multi potentes.
 q^{m̄} multi huius seculi sapientes. hora illa in stratis mollibus qui
 escebant. et nemo eorū dign⁹ habit⁹ est nouā lucē videre. magnū
 illud gaudiū scire. **A**ngelos audire cantātes gloria in excelsis
 deo. **A**gnoscant igitur homines. q^z qui non in laboribus hominum
 exercentur. ab angelis visitari n̄ merentur. **A**gnoscant q^d placeat
 sup^rnis ciuib⁹ labor. cui⁹ est intentio spiritalis. q^{m̄} quidem et illos
 suo tam felici dignantur alloquio affari. qui corpali urgente ne-
 cessitate laborant p^r victu corporis. **H**ec dict⁹ pater. **Q**ui rursus in
 eadem materia sic ait. **Q**m̄ multa illa die natiuitatis dñice gemmis
 et auro fulgent altaria. quantum vbiq^z pallis adornantur pietes.
 putas ad hec angeli diuertent. et pannosos declinabunt homines.
Si ita est. cur magis apparuerunt ouium pastorib⁹. q^{m̄} regib⁹ terre.
 tēpliq^z sacerdotib⁹. **C**ur et ip̄e saluator cui⁹ ē aux^r piter et argētū

sacram in suo corpe paupratē dedicat. aut certe cur ipam tam sol-
licite paupratē angelus enarrat. hoc inquit vobis signū inuenietis
infantē. panis inuolutū ē. ergo solamini solamini popule me
dicit emanuel. i. vobiscū de. Ipe etem saluos faciet nō quoscunq;
s; populū suū a peccatis eorū. Deniq; populū suū solari venit. vti
q; populū humilē quē saluū faciet. nā oculos supborū humiliabit.
Vis nosse populū e. **T**ibi inquit derelictus est paup. Idē vero dñs
ait. **V**e vobis diuites. **V**tinā in eo populo nos inueniri sp ope-
m? cui nō dicit ve. s; quē solat dñs de? su. quid em solet eos?
qui suā habent solatōz. **C**eterū vigilantib; pastorib; gaudiū no-
ue lucis euangelizat. et eis saluator nat? esse dicit. paupib; igitur
et laborantib;. nō vobis diuitib; inter ipas noctis vigilias di-
es sanctificatus illuxit. et nox vt dies illuminata. immo in diē mū-
rata refulsit angelo dñte. q; nat? est vobis hodie saluator. **V**tiq;
nō hac nocte. **S**iquidem nox pcessit. dies aut appropinquauit. **h**ec
ille pater.

LXV. CONSIDERATIO.

Quintadecima puella sic ait. **N**ōne hō stat? pñs existit quodā:
modo momentaneus. futurus aut stat? est eternus. quare eligibi-
lius est pculdubio bñ valere in futuro. **S**; quid. **D**efecto si diues
meli? valere videat? in presenti. paup multo meli? valebit in futu-
ro. **A**udi magnū patrem augustinū. **V**eniet inquit tps? vt se auaros
oñs fuisse diuites doleāt a quib; nūc xpi paupes irrident?. nō sp
iste qui nūc humane est dsuetudinis ordo ser uabit?. nō semp lazar-
r? fame torquebit?. nec sp auar? diues iparū deliciarū abundātia
pfruet?. s; cito et ille de sterquilinio ab angelis eleuabit? in padis-
sum. et ille qui elemosinam noluit dare si penitētia non subuenerit.
de luxurioso conuiuio rapietur in tartarum. vt qui in hoc se-
culo paupi noluit dare micā. in inferno nō mereat? accipe guttam.
et qui paupem pascere noluit. delicijs suis pascat flamas medullis
suis. **h**ec pater ille magnus. **S**ed si tu dixeris p̄t aliquis esse diues.
quem nō tanget p̄missa dsideratio. vt p̄t nō auar?. **D**icā ego tū-
bi. quis est hic et laudabim? eū. fecit em mirabilia in vita sua. **E**st
em hoc perarum et valde insolitum. p̄t supra soroz mea ex autozi-
tate magni patris inducit.

Capitulū nonū dñens solationes tā sup miseria domestica
pene occulta. siue nō medicantiū hostiatim. q̄ sup mendica paup-
tate miserorū p seipis mendicantiū.

Nono post p̄missa ad dñam solatricem p̄ncipalem
accesserūt et alij duo tristes petentes sup tenore p̄-
missi capituli solari. **E**t illa cuilibet eorū de suis pu-
ellis vnā adiunxit.

LI. CONSIDERATIO.

Prima puella ad primum tristē sic ait. **O** amice dic queso mihi?
quid addit mali tua iopia sup maifestā paupratē. **D**ices forte

maiozem miseriam. **Sed** quid. **Certe** hanc maiozem miseriam mere-
tur tua superba verecundia. **Illam** igitur postponas humiliando
temetipsum. et ipsam tuam indigentiam detegendo. et q̄ntitas mise-
rie tue minuetur. et omnis p̄missa ceterorum pauperum cōsolatio
ad te sicut ad alios extendetur.

III. CONSIDERATIO.

Secunda puella ad secundum tristem sic ait. **Tu** conquereris
de miseria qui mendicas p̄ teipso hostiatim. et quare cōque-
reris. videtur potissima ratio. quia times deficere in necessarijs. et
quia talis mēdicitas ruborem inducit humiliationis. **Si** primum
est in causa. d̄soletur te memoria diuini p̄missi quod est infallibi-
le. non inquit dominus te deseram neq; derelinquā. **Sane** hoc p̄
missam efficaciam habet. si plena fiducia sequaris illud p̄pheti-
cum consilium. **Iacta** cogitatum tuum in domino et ip̄e te enutriet
Porro si querele tue rubor humiliationis est in causa. eo q̄ adhe-
ret dicte mendicitati que fit hostiatim. scias hoc p̄ cōsolatione.
q̄ illius humiliationis cum sit via ad illam sublimē et deo gratis-
simam virtutem. humilitatis nullum p̄cium est condignum.

Explicit septimus liber de cōsolatione theologie. **Incipit** octa-
uus continens cōsolationū remedia oportuna contra illa turbati-
ua que opponuntur amicicie et societati. **Capitulum** primum con-
tinens cōsolationes sup̄ carentia seu amissione fidelis amici.

Octavo p̄ncipaliter viginti tristibus ad sup̄dictaz
dominam cōsolatricem accedentibus. primo omniū
vnus ex eis p̄pter carentiam et amissionem amici tri-
sticia p̄grauatus ante ceteros ipsam dominam al-
loquitur in hec verba. **O** domina mea inclita amicicia
grata careo. de quo ex intimis sum turbatus. **Et** illa
vltiozem querelam non expectans. de puellis se comitātib; mox
quatuor acciuit. imponēs eis vt tristē istum p̄ posse suo d̄solētur.

III. CONSIDERATIO.

Prima puella tristem alloquitur in hunc modum. **Cur** intantū
de amici carentia turbaris. mox em̄ vt amicum haberes. aut
eidem non amica vicissitudine responderes. aut tu viceuersa etiam
ip̄sius amicus esses. **Si** primum detur fidelitatem quidē. si vero se-
cundum p̄deres temetipm. est enim amicus alter ip̄e. **Sed** neutruz
horum conuenit. **Nimirum** homo infidus merito detestabilis est. cō-
tra quales etiā ip̄e paul; impingēdo dicit. sine affectione. absq; fe-
dere. porro seipm̄ perdens maximam incurrit iacturā. quid em̄ ip̄o
sibi p̄ciosius esse poss;. **Tu** quoq; si h̄m amicicie rationem es fact;.
alter ille. accidentia vestra cōmunia erunt. et hoc pacto mala plu-
rima eius ex parte occurrētia poteris formidare. **Q;** si talē habuisti.